



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Orthographiae || Ratio

**Manuzio, Aldo**

**Venetiis, 1566**

De. Vitiata Vacoalivm Ac Diphthongorvm Prolatione Aldi. Pii. Manvtii.  
Romani Avi Πάρεργον

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13350**

DE. VITIATA  
VOCALIVM  
AC. DIPHTHONGORVM  
PROLATIONE

ALDI . PII . MANVTII . ROMANI

A V I

Πάρεργον



DE . VITATA  
VOCALIVM  
AC . DIPHTHONGORVM  
PROLATIONE  
ALDI . PII . MANVILI . ROMANI  
Lipsiae

o c loco non uidetur silentio praetereundum, quod de Ai diphthongo hic scribitur, his uerbis. Η γὰρ δέ σαι μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς ἅπτε καὶ Α τὸ φύσει μακρὸν μείζον ἐστὶ τῆς Α διφθόγγου τῆς ἐχούσης τὸ Ι ἐκφονούμενον. ὁ γὰρ τριῶν ἔργον δύο σρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quandoquidem uel hinc colligi potest, Aetate nostra, & maiorum, ab hinc annos octingentos, ac plus eo, perperam Diphthongos omnes, & pronuncitari, & pronunciatum esse, praeterquam Au, & Eu, apud Graecos. Nam apud Nos & illas perperam. Si enim I in Ai diphthongo ἐκφωνητέον, ut supra est scriptum, uidelicet A natura longum maius esse Ai diphthongo, quae I quod pronuncietur, habeat, perperam, ac barbaram eam nunc proferimus, cum E legimus. Nam & A & I in ea sonum habere suum debent confusum in unam syllabam, ut ab A incipias, & in I desinas, quemadmodum in Au & Eu diphthongis facimus. Praeterea, Diphthongos omnes proprias hoc modo pronunciantum esse, patet ipso nomine. Diphthongus enim dicitur, quod duos φθόγγους, hoc est sonos & uoces habeat. id quod & Terentianus ait, his Trochaicis

*Porro uocalem secuta, uim tenet uocalium*

*Et sonos utrosque iungit, unde Diphthongos eas*

*Graeciae*

*Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul  
Syllabam sonant in unam, uiz. gemina praedictae*

At si *Ai E; Oi & Ei I; & Ou v*, legas  
ut nunc barbare legimus, non diphthongos  
sed monophthongos pronunciando facies  
cum sonum utriusque, quae in diphthongo  
propria est uocalis, iungere debeas in unam  
syllabam. Nam *I* in *Oi* diphthongo pro-  
pria *ἐκφωνούμενον* dicitur a Grammaticis: con-  
tra *ἀνεκφώνητον* in Diphthongo impropria.  
Atqui, si *Ai E* sonat, nec *A*; nec *I* profer-  
tur. *Υ* etiam in *Ou* diphthongo *ἐκφωνούμενον*  
quemadmodum in *Au* & in *Eu* diphthon-  
gis, esse debet, ut ab *O* paruo incipias, &  
desinas in *Υ*. Sonum autem *Ou* diphthon-  
gi, idest *V*, ut nunc male pronūciamus, *Υ* uo-  
calem apud antiquissimos habuisse, existimo  
Signum est, quod nunc quoque, quod Grae-  
ci *Δύο*, nos Duo dicimus; & quod Illi *Σῦς*, *Μῦς*  
*Θύλη*, *Ρώμυλος*, Nos Sus, Mus, Thule, Romulus  
dicimus; & alia id genus sexcenta. Eodem mo-  
do *H* & *Ω* & *E* & *O* non recte pronun-  
ciamus. Nam *H* & *E* proximum, ac pae-  
ne eundem sonum habere debent, hoc est  
*E*, ut *H* proferas clarius, & sub palato, *E*  
uero minore sono in gutture. Exempli gra-  
tia, ut *H* proferas ut *E*, Latine loquens, in  
dictione, *Debes*. *E* uero, ut *ζ*, in dictio-  
nibus hisce uulgaribus, *Che dice*, *Che pane*

*man-*

*mangia*, *Che uino beue*, cum barbare loque-  
ris, ut nunc uulgus. Sic Ω magnum pro-  
ferendum. ut in dictione *Bono*, cum Latine  
nunc loquimur. Nam apud Antiquos  
nostros O breue, & O longum non eun-  
dem sonum habuisse, existimo; O uero par-  
uum, ut O, in eadem dictione *Bono*; si, ut  
uulgus, dixeris, E *bono homo*, & *mio ami-  
co*. Sic eas litteras pronounciari debere, Teren-  
tianus praecipit, cum dicit

*Litteram namque E uidemus esse ad ηλα proxima*

*Sicut O &, Ω uidentur esse uicinae sibi*

*Temporum momenta distant, non soni nativitas*

H praeterea non I, sed E longum sonare debe-  
re, ostendit etiam Eustathius, in Homerum  
inquiens: Βῆ μιμητὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς

Idem. Βῆ βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. καὶ φέρεται  
παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χῆσις Κρατίνου τοιαύτη. ὃ δ' ἠλί-  
θιος ὡσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Oues ue-  
ro non Vi Vi, ut nuuc Βῆ Βῆ barbare pro-  
nunciamus, sed Be Be Balant; & est Balant,  
pro, Belant, a Βη, mutatione H in A do-  
lice, ut Μήτηρ, mater. Vnde & id colligimus  
β sic pronounciandum, ut B apud Nos pro-  
fertur, non ut V consonans, uel F digamma  
Aeoli cum. Alpha igitur, & Beta, & Grae-  
cis ipsis dicendum, ut Nos dicimus, non Al-  
pha, & Vita. id quod ex Hebraeis acceptum  
est; qui, Aleph, & Beth, non Vith dicunt. Sed

de

de his in Fragmentis nostris longe plura. Vbi  
etiam T, K, A, N, sequente I, uel T, uel E; uel  
O, perperam a Graecis nunc pronunciari, os-  
tendimus; sicut apud Nos, & diphthongos  
omnes, & C, & G, sequente I, uel E, & Ti, se-  
quente uocali

FINIS

SERIES. CHARTARVM

A B C D E F G H I K L M N

O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk

Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss

Tt Vu Xx Ty Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd

A B C D E F G H I K L † ††

Omnes sunt quaterniones